13525

Bialystok Juramentū

Honestus Joannes Wasinkowic advocatus de Bialystok tenutae ad prdas Magnifici Alberti Nagel Rexifsen Camerae Regni Rozanen Makowien Tykocinen Bialostocen Capitanei juramentum corporale super veram desolationem et desertationem in eadem tenuti Bialostocen et diversis villis ad bona praefata spectantibus mansorum possessionatorum triginta quinque et molendini unius rothae tum quod subditi ex iisdem villis et mansis quadraginta ob nimiam oppressionem et ad ultimam pauperiem deductionem a militibus persecutionem in fugam sunt versi, quo conversi agrosque et mansos incultos et non conseminatos sed vacuos projecerunt tum quod ab ipsis nullae contributiones exigi possunt in facie offi prntis observata solemnitate juramentorum praestitum et debite est expeditus quod ipsi ius sius affectationem est jnscriptum et extraditum

Capitaneatus Surazen Juramentū

Nobiles et Honesti Joannes Zytowski factor de Zawóski Matias Zapienski factor de Pomiaszyn Simion Sapiało de Baranki Joannes Grzyb de Tycowka Matias Magdało de Rzepniki Albertus Delez de Bielic Advocati et Scabini jurati subditi Sae Regiae Mattis Capitaneatus Surazen tenutae ad prdas Illustris et Magnifici Gedeonis Michaelis Tryzna Thesaurarij Magni Ducatus Lithuan Brasten Surazen etc Capitanei juramentum super desolationem in villis varijs Capitaneatus Surazen domorum viginti septem et desertationem mansorum antea possessionatorum quadraginta septem et unius cum media quarta quod vere et juste ob angarias et nimias exactiones a militibus stationum subditi in fugam sunt conversi domusque praefatae sunt desolatae ac mansi sunt deserti incolti et non conseminati nulloque modo ex eis contributiones publicae exigi et recipi possunt Deo omnipotente ita ipsos adiuvante in facie offi prntis observata solemnitate juramentum praestitum quod ipsis est jnscriptum et extraditum